



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

Festum SS. Corporis Christi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

6 FESTA MOBILIA.

hodieque asservari tres globos, qui singuli cum singulis, quin immo bini etiam cum tertio certant pondere, nec tamen superant, nec superantur. Ostendit hæc Virgo nobilis aliquid quam aurum, quo mysterium hoc claudamus, cor nostrum. Aut enim hoc, aut nihil capit D E U M.

*Quemadmodum reliquis omnibus membris caput anteponis, & cetera membra objicis, ut ictum à capite avertas; ita Sandæ & ejusdem essentiæ Trinitatis fidem sine qua vitam, quæ vere vita sit, vivere nemo potest, rebus omnibus antepone. S. Ephrem in Vit. rect. rat.*

FESTUM SS. CORPORIS CHRISTI.

**J**uvat pompa, quam oninis hodie orbis Christianus dicit, exordia paucis denarrare. Virgo fuit non procul Leo-dio; nomen virginis Juliana. Hæc dum celos, quos animo jam habitabat, oculis etiam obambulat, novam Lunam aspicit, à quâ altera lubens lucem suam mendicaret: pleno tamen incremento aliquid restare videbatur. Subinde audit Ecclesiam hanc esse Christi sponsam, cui porrò ad decoris supplementum nihil deesset quam ut sponsum suum sub panelitate in festo die, & pompa celebraret. Et verò ad hoc operam Julianæ cælum expetere. Diu linguam Virginis modestia ligatam tenuit,

dum

## FESTA MOBILIA.

dum amor denique solvit, & detegere  
visum, cum aliis, tum è Canonicorum  
collegio uni suasit. Is tunc Io. Lanfenna  
post Pont. Urbanus IV. fuit. Et forrè  
dum hic ad clavum Ecclesiæ sedet, Bol-  
senæ Sacerdotis sacrificantis mensem  
dubitatio subiit de Numinis in S. Eu-  
charistiâ præsentia. Vulneravit hæc per-  
fidia Christum. Nam præterquam quod  
remoto panis velo, in conspectum se  
dedit, scatere sanguine calix, & effun-  
dere se hic in aræ lintealibus est. Tum  
verò Urbano Pont. jubente miraculum  
hoc per urbem illam est circumlatum;  
jamque urbem unam omnis orbis emu-  
latur. Rechè porrò nos faciemus, si in fer-  
culum Deo nostro non aurum, aut ar-  
gentum modò, sed quod magis amat, o-  
culos, linguam, pectus, cor adeò commo-  
dabimus. Ex hist. revel. Inst. vener. Sacram.

Christiane, qui se hic tibi manducandum  
dedit, quid tibi denegare poterit in futu-  
rum? & qui tantum tibi viaticum para-  
vit ad victimam, quid in illa mansione perpe-  
tua non paravit? Manducabitis in Mensa  
mea: audisti Dei convivium; solicitus nos-  
sis de qualitate convivii. S. Pet. Chrys.  
f. 95.

## FESTUM S. ANGELI CUSTODIS.

D A mihi Arge, ô Angele mi, da pen-  
nam vel unam è tuis, quâ laudes tuas

A 4

scri-